

nitus inter mortales, quam proprio periculo
cedem a ceruicibus ciuium repellere, urbem
deorumque templa a conflagratione. Italiam
ac totum orbem a vastitate conseruare. Hæc
profecto (repetam enim) haud vnus homi-
nis, sed potentia deorum similia sunt. Huius
scemodi opes ego semper (vt fatear) affectas
ui, ac si denuo, quod a me deprecor, reuiuiscendi
facultas hærbis Aesculapij daretur. Sola me
plane comoda ciuitatis & ornamenta sibi uedi
carent. CÆS. Non aliter tu Sylla uerbis cupi-
ditates tuas pretextis ac multi Græcorum phi-
losophi barba & baculo uelabant, nam quor-
sum candidatus abiebas tribus, singulos pres-
hensabas, discurrebas ut amens in Cæpo mar-
tio comitijs conturiatis alliciendo largitione
suffragia. SyL. Nimum es Cæsar in cõtume-
liam procax: at hercle in primis illud incredi-
bili me delectatione afficit, quod nulla fueri
cupiditate stimulatus ad munia bellorum
acreipublice obeunda. Sed quum de summa
rerum ageretur, soli tunc mihi non ambi-
entibus optanti quidem causa mea, fuerant hono-
res uniuersi decreto senatus ultro delati, nũ-
quam tamen assensit feciales ad aliquos po-
pulos mitterentur, nisi iustissimis de causis, tũ
demum florentem fore rempublicam arbitras